

1077 De rerum permutat. &c. Tit. lxiv. 1078

& ff. de sep. vio. l. ij §. dixus Hadrianus. & ff. de noxa. l. in delictis. & l. in omnibus. & infrà de priu. schol. l. j. lib. xij. & ff. de his quinotant. infa. l. quid ergo. §. ij. & in decret. distinct. lxxxiv. c. error. & lxxxvj. c. facientis. & j. q. vij. c. negligere. & xxiv. q. iij. c. qui potest. & q. viij. c. præterea.

a ¶ *Nobiliores.* facit j. loca. l. milites. & in decret. xiv. q. iij. c. clerici. & 3. de rescin. ven. l. fin. & ff. de aucto. iu. l. v. §. pupillus.

« ¶ *Nobiliores.* Item nec milites. l. j. infrà neg. ne. mil. Vide not. ad eam. CVIAC.

β ¶ Hic eo tẽpore, quo Theod. fœdus percussit cum Persis, apud Artaxam ciuitatẽ Armeniæ Rempubl. gerebat, teste Socrate lib. 7. in princip. CVIAC.

Mercatores.] CASVS. Prohibet ne vltra ceita loca mercantiæ fiant, & pœnas imponit mercatoribus & iudicibus si cõtra fiat. excipiuntur legati, nisi sub specie legationis diu morentur in prouinciis. VIVIAN.

b ¶ *Persarum regi.* qui non erat subiectus Romano impetio tempore huius l. sed incepit tempore Iustiniani: vt *in authentic. de hered. & Falcid. in princ. coll. 1.*

c ¶ *Commeauerint.* habent enim in sua cura limites custodire. Azo.

d ¶ *Comitentur.* quò non debent permitti redire, si diutiùs resideant. Azo. & non legitur.

e *Essante omni ambitione.* loquitur de mercatoribus pertinentibus ad domũ principis, de quibus loquitur *suprà eo l. j.*

f ¶ *Collegiatorum.* quia[a] de eorum collegio vel corpore erant.

g ¶ *Collegiatorum.* In dicta lege præscribitur, decanorum numerus; hic collegiatorum, qui etiam συνηκλιτοι, dicuntur. Hi sunt, (vt est in antiqua descriptione Constantin.) qui ex diuersis corporibus ordinati solent incẽdiorum casibus subuenire, & ideò Symmachus in epistolis ait: *Per hos fortuita arcentur incendia.* CVIAC.

g ¶ *Subsituendi.* vltra prædictũ numerum. sic & *suprà de sacrosanct. eccles. l. non plures.* & non legitur.

* commeauerit. ð ¶ *Ex eodem quo illi.* Sic *l. j. suprà de colleg.* ait eos eligi debere primatum cuiusque corporis iudicio. Hi erant immunes, & erant mercatores, vt ait interpretatio Græca statuti collegio mercaturæ causa. CVIAC.

a Collegiati qui.

non dicitur nobilitas, nec diuitiæ. IAC. BVT. *& qui facit artes mechanicas, non potest esse nobilis. text. est hic not.* BALD. Vel sic: *Potentiores & nobiliores debent se à negotiationibus abstinere, vt plebeij facilius possint negotiari.* SAL.

III. *Impp.* HONO. & THEOD. AA. *Theodoro* P. P.

Nobiliores [a] α natalibus, & honorum luce cõspicuos, & patrimonio ditiores, perniciosum vrbibus mercimonium exercere prohibemus, vt inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.

Non est licitum mercationis causa conuersari cum gentibus non gratis populo Romano: nec credatur Romani exploratores arcanorum regni alieni. Et not. pœnam hic imponi subditis de eo quod faciunt extra territorium patriæ. BALD. Vel sic: *Dum Imperator intuisset fœdus cum rege Persarum, statuit quòd extra certa loca hic nominata subiecta Romano imperio non possent mercari à Persis: nec econtra. aliàs puniuntur ipsi, & iudices per quorum iuerunt limites; excipit legatos Persarum, qui tempore suæ legationis merces duxerunt commutandas.* SALYC.

IV. *Idem* AA. *Anthemio* P. P. 8.

Mercatores tam imperio nostro, quàm Persarum regi [b] subiectos vltra ea loca in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis conuenit, nundinas exercere minimè oportet, ne alieni regni (quod non conuenit) scrutentur arcana. Nullus igitur post hac imperio nostro subiectus vltra Nisibin, Callinicum, & Artaxatan emendi seu vendendi species causa proficisci audeat: nec præter memoratas ciuitates cum Persa merces existimet commutandas. Sciente vtroque qui contrahit, & species quæ præter hæc loca fuerint venundatæ, vel comparatæ, sacro ærario nostro vindicandas: & præter earum rerum ac precij amissionẽ, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilij se pœnæ sempiternæ subdendum: non defutura contra iudices, eorúmque apparitores, per singulos contractus qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus vel Persa commeauerint [c] * *: exceptis videlicet his qui legatorum Persarum quoliber tempore ad nostram clementiam mittendorum iter comitati, merces duxerint commutandas: quibus humanitatis & legationis intuitu extra præfinita etiam loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie legationis diutius in qualibet prouincia residentes, nec legati reditum ad propria comitentur [d]. Hos enim mercaturæ insistentes, non immeritò vnà cum his cum quibus cõtraxerint seu resederint, pœna huius sanctionis persequetur.

Mercatores ad domum principis pertinẽtes debent esse ccccclxiij. qui à muneribus personalibus sunt immunes. SALYC.

V. *Idem* AA. *Aëtio* †.

Essante omni ambitione [e], omni licentia quingentorum sexaginta trium collegiatorum [f] γ numerus maneat, nullique his addendi, mutandíve vel in defuncti locum substituendi [g] pateat copia: ita, vt iudicio tuæ sedis sub ipsorum præsentia corporatorum, in eorum locum quos humani subtraxerint casus, ex eodem quo illi δ fuerant corpore subrogentur: nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa. Dat. VII. Kal. Septemb. Eudoxiopoli, Honor. A. VIII. & Th. Coss.

Transgredientes ciuitates prohibitas, vel negotiationes prohibitas suscipientes, cuiuscumque sint dignitatis, puniuntur pœna exilij, & publicatione bonorum. quod not.

VI. *Idem* AA. *Maximo* * *comiti sacrarum largitionum.*

Si qui [h] inclytas † nominatim vetustis legibus ciuitates transgredientes ipsi, vel peregrinos negotiatores sine comite commeriorum [i] suscipientes fuerint deprehensi: nec proscriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilij vlteriùs euadent. Ergo omnes pariter, siue priuati, siue cuiuspiam dignitatis, siue in militia constituti, sciant sibi aut ab huiusmodi temeritate penitus abstinendum, aut suprà dicta supplicia subeundum.

h *Si qui.* facit 3. *eod. l. mercatores.* & non legitur.

i ¶ *Comite commeciorum.* De quo vide not. & scripta ad *l. 2. suprà quæ res emi non possunt.* CVIAC.

DE RERVM PERMVTATIONE, & præscriptis verbis ζ.

TITVLVS LXIV.

Absoluto tractatu de emptione venditione, dantur contractus qui emptioni venditioni proximi & similes sunt, Permutatio, Locatio, Emphyteusis: & permutatio in primis quæ ipsa originem dedit emptioni venditioni, atque ideo dicitur vicem emptionis obtinere, l. 2. & vicina emptioni, l. 2. ff. eod. & instar emptionis in Nouel. Valenti. de conf. his quæ administ. *Et sanè multa habet communia cum emptione: sed & differentia quædam, quæ persequitur Paulus in l. 1. ff. eod. Permutatio fit rebus, Emptio non fit rebus. l. penult. hoc tit. Sed re ex vna parte, & pretio interueniente ex altera. Permutatio est mutatio dominij, l. scribit. ff. de auro & argen. leg. emptio non semper rei dominium mutat: emptio est mutatio rei cum pretio. Permutatio est negotium do vt des, datio rei pro re, vel etiam pecunia pro re, vt l. vlt. ff. de cond. cau. da. nec enim omnis pecunia pro pretio accipitur, vt cùm domino pecunia datur, vt seruum*

DE RERVM permutat. &c.

Dicit [a] *de contractibus nominatis, ex quibus trãsfertur dominium: nunc de innominatis, ex quibus similiter transfertur: antequam dicat de locatione quæ est nominatus: sed nõ trãsfertur ibi dominium: quare non dicitur nominatus permutatio, cùm elegantius sit nomen, quàm in vẽditione, vel similibus? Respond.* permutare, *verbũ est generale etiam pertinens ad venditionem, & locationem, & omnem contractum vbi aliquid hinc inde accipitur, sed alij contractus sua sumpserũt nomina. at hic cùm datur species certa pro alia certa, caruit nomine specialinam plura sunt negotia, &c. vt* ff. de præscript. verbis l. natura. *sicque retinuit generale: vnde dicitur innominatus, scilicet nomine speciali. Alij aliter respondent: vt dixi* ff. de pact. l. iurisgentium. §. j. ACCVRS.

ζ ¶ Quæ datur ex rerum permutatione. Post tractatũ *de emptione & vendideo* datur hic tit. quia permutatio est similis emptioni. *l. 2. 3. eo.* vt & locatio. *l. 2. ff. locati.* Sic & emphyteusis est vtrique proxima. §. *adeo. Insti. locat.* Est verò etiã de act. præscrip. verb. non de omni, sed de ea, quæ datur ex rerum permutatione tantùm. CVIACIVS.

a ista cõtinuatio placet Cyn. & Salyc.

† al. *P. V.* Pars *l. 4. suprà de fide & quia inter nominatos crescunct. eccles. præcipuus est permutationis, ideo de hoc dicit.*

b Permutatio non dicatur contractus nominatus.

† al. *Maximino* quare non dicit. *Maximano.*

† *Inditus.* in omnibus vet. vẽcte.

Si

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd4/0591